



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXIII. Das Kloster Zehden bekundet das Vermächtnis von Renten aus der
Stadt für zwei seiner Conventualinnen, am 13. Juli 1344.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LXII. Markgraf Ludwig gewährt allen Städten jenseits der Oder das Privilegium, daß ihre Bürger nur vor dem Stadtrichter zu Recht stehen sollen, am 16. März 1344.

Nouerint etc. quod nos etc. Discretis viris ciuitatum nostrarum Königsperg, Soldin, Arnswold, Vrideberg et Waldenberg ceterarumque ciuitatum nostrarum omnium transfoderam vndique sitarum nobis pertinentium ciuibus et incolis vniuersis fidelibus nostris dilectis talem contulimus et presentibus conferimus gratiam specialem, quod nullo iudicio nec aliquo coram iudice pro aliquibus casibus siue causis extra muros ciuitatis proprie debeant quomodolibet conueniri, sed coram iudicio proprie mansionis respondere sine contradictione tenebuntur, addicientes, si aliquando quempiam predictarum consulum ciuitatum excedere contingeret, hic coram iudice curie nostre altare iudicio debebunt responfuri et satisfacturi super singulis questionum materiis actoribus vel agenti. In cuius etc. Testes Deck, Buch, Hufener pincerna, Wedel, Wolf. Actum Tangermunde, datum vero Calue, anno XLIII^o, feria tertia post Letare.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.)

LXIII. Das Kloster Zehden bekundet das Vermächtniß von Renten aus der Stadt für zwei seiner Conventualinnen, am 13. Juli 1344.

Univerfis cristi fidelibus presentem paginam intuentibus Nos borgardus, dei gratia Prepositus, nec non zagaria, Dei miseratione abbatissa in Cedene, Totusque conventus ejusdem Cenobij, Pacem et salutem in Domino Sempiternam. Temporale sepe perit negocium, nisi firmet illud assercio literarum. Hinc est, quod notum esse volumus tenore presentium, quod Consules nostri obpidi videlicet cedene filiabus Honesti Viri Titerici knif, Civis in nova Stargadia felicis memorie, Margarete et katerine et Margarete filie, Filie prenotati Tiderici, Cenobitis in Cedene, . . . Talenta Brandenburgensium Denariorum in Festo Philippi et Jacobi Apostolorum et totidem beati Martini confessoris gloriosi de redditibus dicti Obpidi Cedene singulis annis irrefragabiliter et indilate presentabunt. Cum autem dicta pecunia per manus prescriptorum Consulium prenotatis puellis presentata fuerit, nullam aggravationem ammonitionis a Prepositis siue a Conventu de cetero sibi sentiant imminere. Vt autem hujus rei ordinatio rata habeatur et inconvulsa, presentem paginam sigillo nostri Conventus fecimus roborari. Datum Cedene, anno Domini M^o. CCC^o. XLIII^o, in festo beate Margarete Virginis gloriose.

Aus Beckmanns Sammlung von Urkunden-Abchriften.